

der Mitglieder des Prediger-Ordens.

35

loniensi¹, de oppido, quod dicitur² Wildeshusen³, oriundus. Hic antiquus in ordine valde⁴ fuit receptus, hic predicator egregius in multis linguis⁵, Theutonica, Italica, Gallica et Latina, multum fructum fecit in diversis partibus⁶ predicando propter⁷ quod antea fuerat⁸ multorum cardinalium socius et penitentiarius in legationibus pape et cum esset prior provincialis⁹ in Ungaria, factus est episcopus Bozenensis¹⁰. Sed postmodum obtinuit per multam instantiam a papa¹¹ Gregorio [IX.] cessionem, et nulla provisione retenta¹² ad fratrum consortium¹³ est reversus, manens inter illos, tanquam unus ex illis. Factus est autem postmodum¹⁴ prior provincialis¹⁵ in Lombardia et de illo officio assumptus est in magistrum. Cum autem ipse presens existens ad refugiendum officium pontificale¹⁶ vellet ordinem allegare, porrecta est¹⁷ e contrario litera papalis, in qua mandabat, quod cum esset absolutus a cura pontificalis regiminis et per consequens restitutus sub obedientia ordinis, debebat ordini in recipiendo officia obedire, per quam litteram compulsus fuit ad recipiendum officium prioratus magistratus¹⁸ predicti. Hic fuit multum notus in curia pape et etiam domini Federigi¹⁹ et diebus eius ordo multum sublimatus est et roboratus in diversis et²⁰ magnis privilegiis a curia concessis.

§. 2.

Cum autem esset²¹ inclusus cum aliis tempore electionis sue Parisius, quidam frater obdormiens in orando vidit, quod ipse ferebatur per claustrum in curro igneo et evigilans dixit fratri cuidam: „talis erit magister.“ Quod postmodum rei probavit eventus. Sub regimine istius multum laboratum est in curia, quod ordo exoneraretur²² a cura sororum, et licet super²³ hoc bone littere²⁴ impetrate fuissent, tamen tandem obtinuit, quod ille, que²⁵ sub cura ordinis iam erant, in suo statu remanerent. Sed de recipiendo de novo alias cessaretur.

§. 3.

Eius quoque temporibus, cum curia esset apud Lugdunum, sepulti sunt duo cardinales apud fratres, scilicet

¹ metropolis Coloniensis, Pal. ² fehlt in Vr. ³ Wildshusen, Vr., Vaudesheusen, Pal. ⁴ valdus, Pal. ⁵ ligwis, Vr. ⁶ fehlt in Pal. ⁷ preterea, Vr. ⁸ fuit ante, Pal. ⁹ provincie, Vr. ¹⁰ Bornensis, Pal. ¹¹ per multum instantiam obtinuit a domino papa, Vr. ¹² recepta, Pal. ¹³ humilitatem et consortium, Vr. ¹⁴ postea, Vr. ¹⁵ provincie, Vr. ¹⁶ pontificalem, Vr. ¹⁷ fehlt in Pal. ¹⁸ fehlt in Pal. ¹⁹ Fridericii, Vr. ²⁰ fehlt in Pal. ²¹ fuit, Vr. ²² exonoraretur, Pal. ²³ sub, Pal. ²⁴ licentie, Vr. ²⁵ qui, Pal.

cet dominus Odo¹, Portuensis [scil. episcopus], eius specialis amicus, et dominus Wilhelmus², Sabinensis, qui fuit amicissimus ordinis, et beati Dominici ab initio familiaritate, cum eo in curia pape³ contracta. Horum primus cum esset sepultus apud fratres, et curia se pararet, ut dicebatur, ad eundem Januam, secundus⁴, qui fuerat amicissimus illius defuncti, in sompnis erat sollicitus, ut sibi videbatur, de habendo hospitium apud Januam, et ecce primus apparens⁵ ei dicebat: „domine Wilhelme⁶, ne sis sollicitus apud Januam, quod hic habebitis⁷ hospitium mecum.“ Quod et ipse narravit pape et cardinalibus et post paucos dies infirmatus est et mortuus, et iuxta⁸ eum in ecclesia fratrum sepultus. Acciderat autem paucis diebus ante, quod cum super locum sepulchri sui in consecratione ecclesie⁹ fratrum ipse consecrare deberet¹⁰ crucem, que ibi erat, in unguendo dicere deberet secundum ordinarium: „consecratur hoc templum“, dicebat: „consecratur hoc sepulchrum.“ Et sub illa cruce est sepulchrum suum. Dominus quoque Raynerius¹¹ * ibidem manens, elegit sepulturam¹² apud fratres, sed monachi quidam nigri^{**}, apud quos manens mortuus est, presterunt impedimentum et delatus est apud Cistercium. Post multos igitur labores et longos, diu perpressos in ordine, vir iste beatus, vite mundissime et valde innocentis, boni zelator et malitie persecutor in omni bonitate¹³, [et¹⁴] sanctitate migravit ad dominum apud Argentinam, ubi multotiens demoratus fuerat et multa bona fecerat. Anno domini M^oCC^oLII^o¹⁵ et sepultus est honorifice in ecclesia fratrum^{***}.

¹ fehlt in Pal. ² Guillelmus, Pal. ³ domini pape, Vr. ⁴ sanctus, Pal., Schreibfehler. ⁵ apparens, Pal. ⁶ Guillaume, Pal. ⁷ habetis, Pal. ⁸ iuxta, Pal. ⁹ ecclesie fehlt in Pal., consecrationem, Pal. ¹⁰ deberet consec., Vr. ¹¹ Raynerus, Vr. ¹² sepulchrum, Pal. ¹³ fehlt in Vr. ¹⁴ fehlt in Vr. und Pal. ¹⁵ LI, Vr.

* Rayner, Dr. der Theologie, aus Kaufmann gebürtig, war bei der Gründung des dortigen Dominicaner-Klosters 1234 thätig. S. Müllinen a. a. O. II. p. 21.

** Beuedictiner.

*** Antonius Senensis chronic. p. 98 gibt an, dieser Johannes sei um 1252 gestorben, Andere setzen auf den 4. Nov. 1254 seinen Todestag. Seine Grabstätte steht bei Schiltler, Ausgabe des Königsstiftes, Anhang S. 1120. Antonius Senensis l. I. sagt, er soll in Basel oder Straßburg gestorben sein. S. Quellenf. III. S. 94. Am 26. November 1242 war er in Reichenau bei Constanz und weihte zwei Klöster daselbst. S. Neugart episc. Const. II. p. 621, 622. Sein Siegel führt die Legende: s. fratris Johannes Selve, ordinis fratrum predicatorum magister. Wahrscheinlich ist Selve zu lesen. Auf dieser Bistationsreise kam er im December 1242 oder Januar 1243 nach Ruchheim unter Deck

